



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita B. Francisci Salesii, Episcopi Et Principis
Gebennensivm Meritissimi**

**Maupas du Tour, Henri Chauchon de
Coloniæ Ubiorum, 1663**

Interpres Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42882

MONITA INTERPRETIS.

INTERPRES LECTORI.

SI te forte cupido incessiverit, Eruditè Lector, ex Gallicæ Vita illustrissimi Antistitis comparatione cum hac Latinâ, estimandi de meâ in vertendo vel diligentia, vel fide; ut equum judicium ferre possis, duo tibi prius à me declarari oportet. Alterum est, habere me facultatem ab Illustrissimo & Reverendissimo Auctore Gallicæ, traditam & coram, ex eunte Iunio superiore, & antè, per literas, mutandi quæ mutanda judicassim; quod manifestè in quibusdam erratum erat ab iis, qui Gallicæ editioni, ipso absente, præfuerant. Alterum, nomina propria personarum & locorum, quæ idem Illustrissimus Auctor sè numerò reticet, suppleta esse à me, ex Vitâ prolixiore Francisci Salesii, editâ à Carolo Augusto Salesio, fratri filio, Præposito Gebennensis Ecclesie, excusâ Lugduni anno 1034. Si hanc utramque cautionem adhibueris, spero fore, ut nihil admidum de meâ vel fide, vel diligentia dubites. Vale, & quæ leges imitare: sic tua consilia forunt Dominus.

FACUL.